Sit omnibus notum. Ego Ehisendis genera uxor Petri Boneri quondam de villa hurco franca et libera a dominio consilio
de consilio amicorum meorum sciens et certa spontanea voluntate et sano me femina propria et solidam vestri domine Ehisendis abbatisse camera-
rie monasterii sancti Danielis Gerunde et officii vestri camerarie dicti monasterii et successorum vestrorum in predicto officio cum omni
genitura et nascitura et rebus meis mobilibus presentibus et futuris pro eo quia intravi mansum Generi presbiteri de Villahurco
qui est de dominio dicte camere in quo dictum Guillelmum quondam procreavi dicti mansi qui quidem vir meus
quondam legavit mihi dominium et ipsi dictum mansum et terras et possessiones eiusdem ad vitam meam de quo
manso et eius terris et possessionibus vos et dictum officium et successores vestri in eo habens et habere debens homines et feminas
et alia agraria et alia iura. Ideoque promitto vobis et dicto officio et successoribus vestris in eo quod ero vobis et dicto officio et vestris suc-
cessoribus in eo fidelis et legalis de corpore et avere et de omnibus in quibus quod bona mulier esse debet sue bone domine naturali
et non queram causa vitandi aliquid castrum villa vel civitate vel alium locum privilegiatum nec aliquid aliud faciam
tractabo vel procurabo occulte vel manifeste propter quod possitis ius dominium et dominationem quod et quam in me et prole
et rebus meis mobilibus habetis et habere debetis amittere et alii sibi adquirere quoquomodo. Et propter hec obligo vobis
et dicto officio et successoribus vestris in eo me et omnia bona mea ubique. Et facio propter predicta vobis homagium ore et manibus comenda-
tum promittens vobis et vestris et sponte iuro per Deum et eius sancta quatuor evangelia corporaliter tacta predicta omnia rata grata et
firma habere et non contravenire aliqua ratione. Actum est hoc in monasterio sancti Danielis Gerunde [illegible] kalendas madii
anno a nativitate domini millesimo trecentesimo sexagesimo primo. Signum Ehisendis genera predicte que hec firmo
et laudo presentibus iuro. Testes huius rei sunt Jacobus Soleri clericus dicti monasterii sancti Danielis et Petrus Banili parrochie de
Figeriis.

[illegible]

Camareria.
Vilahur.

Homenatge presta à la Camareria de S. Daniel, Elicsendis muller de Guillem Gener de Vilahur difunt, per rahó de son mas Gener de id. A 26 maig 1361.

Mas Gener de Vilahur

929

n.º 872 N.º 8

26-5-1361

T. 247 x 315